Christi nomine § In Causa, et Causis, quae primo,
et in prima in Curia Episcopali Novariae seu
coram R.mo Episcopo Vicecomite secondo, et in
secunda coram Em.mo et R.mo D. Cardinali Bor-
romeo pariter Episcopo Novariensi procedente
de Voto, et Consilio sui R.mi Vicarij Generalis,
tertio, et in tertia coram nobis versae fuerunt,
et vertuntur Instantiae inter mag.cam Commu-
nitatem Oppidi Gaudiani Appellantes ex
una, nec non Universitates, et Homines Villarum
Aurati, Bugnati, et Bolzani Appellantes
partibus ex altera &, et super confirmatio-
ne, vel infirmatione Sententiae latae a d.o
Em.mo Card. Episcopo, seu verius Voto et dicti
eius Vicarium revocatoriae in parte, et
partibus sententiae latae de anno 1703.
a supra d. Episcopo Vicecomite, rebusque
alijs &. dicimus § bene fuisse, et esse appella-
tum, et reclamatum pro parte magni-
ficae Communitatis Oppidi Gaudiani, male
vero, et perperam Judicatum p. d. Em.mum
Episcopum eiusque Consultorem in ea parte,
ubi precipit teneri d. Communitatem Oppidi

FONDAZIONE MARAZZA

Gaudiani contribuere in expensis, de quibus
infra ultra illarum medietatem, ac respective
ultra solitum praescriptum in sententia d.
bo. me. Episcopi Vicecomitis, ac propterea
in hac parte sententiam d. ultimi Iudicis
infirmandam, et revocandam fore, dicimus
quemadmodum in alia parte dicimus bene
et iuridice sententiatum fuisse ubi man
davit servari idem solitum et antiquam
consuetudinem quatenus dd. Universi
tates appellatae parebantur eius definitione
non acquiescant, excepta tamen facultate
eisdem Communitatibus qualibus pro
tractata construendi novum Campanile
atque Campanam de qua in sententia
bo. me. Episcopi Vicecomitis, quam in hac
parte cassamus, et abrogamus, et ita
et non aliter sententiam d. ultimi Iudi
cis ultimo praecedentem d. Episcopi
Vicecomitis approbamus, et confirmamus,
et pro approbatis, et confirmatis haberi
volumus, et mandamus declarantes dd.
Universitates, et Homines Villarum Auzati
Bugnati



Bugnati, et Bolzani teneri, et obligatos
esse contribuere per aes, et libram ad formam
Aestimi Bonorum per eosdem possessorum in
dd. Territoriis in omnibus, et singulis Expensis
fieri solitis per d. Communitatem Gaudiani
occasione reparationis Campanilis, seu
Turris Campanariae, refusionis Campanae
Magnae, eiusque sustentaculi lignorum
atque Cordarum, nec non aliorum accesso
riorum pro pulsando d. Campana ad usum
atque servitium d. Communitatis, et Plebis
ac respective teneri, et obligatos esse con
tribuere etiam in conservatione, et
refectione Horologii publici positi in d.
Turre pro cuius effectu dicimus, et de
claramus licere d. Communitati Auctrici
ordinare, et conficere taxas atque re
partimenta solita, et consueta per aes,
et libram, et ad formam Aestimi, ac supra
condemnando dd. Universitates praedictas
ad contribuendum, et respective restituendum
expensas praedictas pro medietate ac modo
et forma praescriptis in sententia d. Rmi
Vicecomitis, et in eorum repartimenta

FONDAZIONE MARAZZA

4

alias factos de quibus in alijs, quae omnia approbamus, et confirmamus declarando pariter

per hanc nostram diffinitivam sententiam non licuisse, neque licere dd. Hominibus

Communitatis, et Plebis edificare novam Turrim, atque Campanam pro usu publi-

co pro se ipsis separandis à Communitate et Gubernio loci Sandiani imponendo dictis

per premissis ac modo quo supra perpe-tuum silentium dd. Reis Conventis prout

imponimus, ipsosque partem victricis in expensis condemnamus, quarum taxatio-

nem nobis, vel cui de jure in posterum reservamus et ita dicimus.

Ita pronunciavi Ego. P. H. Guglielmi ...

Lata die 14. Januarij 1736.

FONDAZIONE MARAZZA